

Com. Octavia.

«Fragmenta aliquot ex comædijs Palmireni, quibus lector molestarum præceptionum tædium discutiet, dum auctor ipse eas emendat, et seorsum in lucem edendas curat. Interim adolescens studiosus exempla inuentionis et elocutionis vrbanitate, et sale comicorum ornata lectitabit.

[PRÓLOGO]

[*Rhetoricę Laurentii Palmyreni: Tertia et ultima pars, Valencia, J. Mey, 1566, pp. 75-77*]

«Acre quoddam desiderium studiosos omnes tenet, Patres Iurati, auditores clarissimi ornandi, patriam locaque, in quibus nati sint appellandi. Meam patriam et matrem academiam hanc inclytam agnosco; uos parentes, et mecænates meos in omnibus expertus sum. Hęc omnia ornare si possem, tanto studio tantaque contentione aggrederer, ut nullo labore nullaque molestia deterritus recusarem in hac laude et gloria consenescere.

Verum ubi in mentem mihi ueniunt ornamenta præclara, quibus uos uestram illustratis academiam, et tenuitatem meam contemplor, tunc demum ab incepto opere desisto; sic enim colligo. Gymnasium hoc melius me posse facere non uideo, deterius nollem; nihil ergo est quod aut me ostentem, aut inani labore conficiam. Sed deinceps alia cogitatio mihi animos facit. Cogito enim necessarium esse, ut qui tot beneficijs affectus sum, aliquod grati animi argumentum ostendam: adfero uobis perbreuem comædiam, si modo tantum nomine et inscriptione dignas nugas nostras iudicatis.^a Ex ea potestis uoluntatem meam reponendę gratię cupidam agnoscere. Plura præberem, si possem; sed qui aurum et hecatombas præbere non potest, thure et farre litare consueuit.

Accusabunt permulti nos, quod ad hęc puerilia descendamus, et fabulis milesijs uaniora tractemus. Sed isti perpendant res grauiores à multis in hac academia fœlicissime tractari, ita ut nostrum studium et operam non^b desiderent. Quamobrem, cum ignari non possint, docti tenuè hoc et inglorium opus contemnant, sinant nos quacumque possumus ratione amicis gratificari, pueris prodesse, eorumque studia præmouere.

Ex hac enim exercitatione emanant:¹ pueri namque memoriam exercent, a lusu reuocantur, actionem emendant, et apud uos rusticanum pudorem amittunt, et phrases quas in orationibus M. Tullij me prælegente obseruarunt, nostra imitatione in mentem tanquam aliud agentes reuocant. Quare, si Fabius Maximus utilitati publicę rumores hominum non prætulit et

^a O: *indicatis*

^b O: *nou*

¹ El autor añade en el margen: (*Comædiarum utilitas.*)

cunctatoris nomen non repudiavit, dum modo cunctatio illa patriæ prodesset, cur ipse publicam utilitatem exquirens, priuatam nominis mei iacturam, obtrectatorum insulsa scommata perhorresco?

Adfero uobis *Octauiam comædiam*, in qua, sicubi parum seruatas comicorum leges agnoscetis, hoc uel seculo nostro uel alicuius probati scriptoris sententiæ tribuite. Oratione soluta usi sumus,² tum quod Terentius libertate illa qua carmina sua confecit, magis prosam seu prorsam in comædia, quam uersum probare uideatur,³ tum etiam quod olim Crates,⁴ primus Athenis, dempto metro, comædiam in soluta ostendit oratione. Quod ergo olim Crates et nostra ætate plerique faciunt, id etiam nobis non integrum erit efficere? Hispanice quibusdam locis inuitus loquor. Habenda enim ratio fuit imperitæ multitudinis, cui oportebat argumentum prius explicari; atque hæc unica fuit causa ut laudatum Terentij morem sequi non possem. Solet ille in prima scena argumentum enarrare. Ego ne bis idem efficerem, ad parebasim orationem conuertī. Personas permultas loquentes facio, ut permulti discipuli nostri *dysopiam*⁵ amittant.⁵ Sed iam, etc.

(*Finis præfationis in Comædiam Octauiam.*)⁶

² En el margen: *Cur prosæ oratione in comædijs utatur.*

³ Aunque no desde el principio, bien pronto los humanistas y autores de comedias humanísticas descubrieron que la comedia latina estaba escrita en verso (Cf. A. Stäuble, *La Commedia Umanistica del Quattrocento*. Florencia, Istit. Nazionale Studi del Rinascimento, 1968). Pero la variedad de metros utilizados, por ejemplo, por Terencio en sus comedias, fue la razón por la que Palmireno pensara que sus obras estaban más cerca de la prosa que del verso. Todavía más tarde (1596) opinaba lo mismo el Pinciano: «Allende de que si miramos los metros de las comedias antiguas, son tales que parecen prosa...» (*Filosofía antigua poética*, II, 221). La cuestión no tiene en sí mayor importancia y se debatió profusamente en el siglo XVI, tanto en Italia como en España. Cf. Aurora Egido, "Las fronteras de la poesía en prosa en el Siglo de Oro": *Edad de Oro*, III 1984, 67-95.

⁴ *Crates*: Este Crates o Crato podría ser un filósofo griego, hijo de Antígenes y discípulo de Polemón (Atenas, 340-273 a. E. C.), precursor del estoicismo, que se desprendió de sus bienes para vivir en libertad.

⁵ *Dysopiam* es 'timidez', y con este valor aparece en D. Erasmo, *De civilitate morum puerilium*, VI (cito por la ed. bilingüe, latino-española del MEC, Madrid, 1985, p. 24-27) y en el mismo contexto, pues ejercitarse en la representación de comedias («*comediis agendis exercentur*») es para Erasmo uno de los dos remedios para que el niño logre ir venciendo también este achaque.

⁶ Sigue: «*Palmyreni præfatio in suam Comædiam Lobeniam, quæ acta est...*».

*Fragmentum ex Comœdia Octauia.*⁷

[*Rhetoricę Laurentii Palmyreni: Tertia et ultima pars*, Valencia, J. Mey, 1566, pp. 117-137]

<1> CHREMYLVS,⁸ senex. TVRONIVS,⁹ seruus.
MARCELLA, uxor. COLUMBINA, ancilla.

<CHREMYLVS>

Noctem uarię ac philosophis ueteribus commendatam uideo eam inter alios Scopelianus¹⁰ laudet quod exercitationi mentis aptam esse cognoscat, et habere hominis mentem in alto hoc silentio corporis sensibus iam feriatis aliquid diuinum affirmat, si sese ad res sublimes contemplandas conuertat. Eam ideo desiderant studiosi, et quicumque diurnis laboribus delastati somnum et quietem exquirunt. Sed, me miserum!, quod alij omnes laudant ipse quasi noctu abundus uitupero; ære alieno obstrictus, somnum capere non possum. Quam uerè dictum: «curas cor urere»! Profectò noctesque diesque exeduntur animi eorum, qui contra conscientiam opibus hominum septi esse et muniti nolunt. Nunc tandem persas illos ueteres sapientes fuisse apparet, qui duo esse peccata inter homines turpia dicebant; quorum primum est, debitorem esse; alterum, mentiri: coniunxerunt hæc duo quod unum raro sine altero reperire possis. Ego quotidie me soluturum polliceor, at nunquam soluo: ideoque debitor et mendax sum. Vide quantum mali uxor nobilis attulerit. Sed uolo excitare seruum meum Turonium, ut lumen accendat.

-- Heus Turoni! Turoni, accende lumen. Cedo codicem accepti et expensi; adfer etiam aduersaria.

TVRONIVS

Vah, quam molesti sunt adolescentibus senes? Ego tepefactum nidum uix possum deserere, ille iam in tenebris oberrat.

CHREMYLVS

Turoni! Turoni! Nunquam hodie accedes?

TVRONIVS

⁷ Fuente: "*Fragmenta ex Comœdijs Palmireni, quę adolescentibus ad exercitationem Elocutionis et inuentionis, non mediocre adiuuentum prebere possunt*": *Rhetoricę Prolegomena Laur. Palm.*, Valencia, J. Mey, 1567, 117-137.

⁸ *Chremylus*: diminutivo. de *Chremes*, *senex* de la comedia terenciana (*Andr.*, *Heaut.*, *Phorm.*).

⁹ Nombre de personaje, tomando el apellido Turón (que en castellano indica un animal parecido al hurón), o Turó (que es 'cuesta').

¹⁰ *Scopelianus* de Clazomenas, fue un sofista y filósofo que vivió por el año 100.

Adsum, here: sulphuratæ, et fomes tantum humoris ex externa pluuiâ conceperant, ut uix, ac ne uix quidem ignem exciperent.

CHREMYLVS

Lege primum uersiculum!

TVRONIVS

Heri calendis Ianuarij herus meus iunior iussit ut antecænium pararem, quò nobiles aliquot in littore maris exciperet: consumpsi minas tres. Emit etiam equum et asturconem quinquaginta sestertijs. Hera mea conuiuio excepit uirgines sacras in cænobio diui Iuliani;¹¹ parauit omnia eo splendore quo illa mirabiliter oblectari solet: consumpsi minas octo. Emit etiam sericum gausapinum, textum attalicum, linum hollandicum, et hæc alia... Sed quid hoc, mihi Chremyle? Laboras ne apoplexia? An paralysi? An animi deliquio?

CHREMYLVS

Heu, heu! Ô, insignem humanæ uitæ calamitatem! Ego nunquam foris cenauit, nunquam splendido amictu usus sum, et tamen conuiujs externis, ueste splendida conficior, dum superbæ uxoris arrogantiam, lasciuientis filij sumptus, uel inuitus sustineo. Perij miser! Cras, aut ad summum perendie, redditurus sum creditoribus talenta duo, aut quærendum exilium. Eia, dictu citius uolato, et uxorem accerse.

TVRONIVS

Vocauit uxorem, respondit sibi integrum, non esse ad te accedere, quoniam anus, quæ uirginibus sacris præest, iussit ut hisce nouem diebus, quibus religiosè preces illas, quæ uulgo *de la emparedada*¹² uocantur, recitat, coniugalem thorum fugiat; hisce uerò absolutis se balneum profecturam, et ad tuum cubile uenturam pollicetur.

CHREMYLVS

Falces postulabam;¹³ ignorat quid petam, et caput obtundit. Dic mihi alijs curis grauioribus obrui, et habere quædam impedimenta ualetudinis, quæ fortasse breui colloquio dissoluentur.

¹¹ *in cænobio diui Iuliani*: el convento de San Julián, de monjas agustinas, por la calle de Sagunto de Valencia.

¹² Esta oración aparece mencionada en el *Lazarillo*, ed. de Alcalá, 1554 (cf. F. Rico, Cátedra, 1987, p. 37, n. 109) y en la continuación del *Lazarillo*, c. II (ed. P. M. Piñero, Cátedra, 1988, p. 142, n. 38), entre las que van rezando los ciegos, y de boca de su amo ciego la había aprendido Lázaro de Tormes. La *Oración de la Emparedada en Romance* era un conjunto hechiceril, incluido también en el *Índice* de Valdés de 1559 (P. M. Piñero, l. c.). Con tal mención, Palmireno pone en ridículo, como hacían los erasmistas, una supersticiosa práctica religiosa atribuida a Marcelia.

¹³ *Falces postulabam*: adagio recogido y explicado por Erasmo.

MARCELIA

Mi uir, quid hoc nouæ rei? Cur, quæso, tanta celeritate me accersi iubes? Vidisti ne aliquid in somnis quò deterritus non possis tuam ueterem solitudinem pati si spectrum est, aut lamia, aut histrix? Ego noui multa quibus possis isthæc fugare: ne timeas.

CHREMYLVS

Vtinam essent ista quæ dicis, uxor; facilè enim sacro signo crucis abigerem, nec me ullus urgeret pauor.

MARCELIA

Horresco sanè ubi audio te his malis afflictari, quæ crucis signo tolli non possint. Amabo, libera me hac cura et metu.

CHREMYLVS

Ausculata attentissimè: liberabo, ut potero. Ego posteaquam te duxi uxorem, scis quam ingenue tibi alioqui pauperulæ diuitias meas omnes, præsentem pecuniam, uasa aurea, argentea, murrhina, et alia id genus tribuerim.

MARCELIA

Ego etiam pulchritudinem meam, p<e>r auos¹⁴ nobilitatem cum istis tuis rusticis moribus, uictu arido, horrida incultaque uita coniunxi.

CHREMYLVS

Hei, uxor! Ne sermonem meum odiosè interpelles; alias enim ut me appelles, et interpelles, et obloquare, et colloquare uelim. Nunc^c non est his locus.

MARCELIA

Cur ergo paupertatem meam in mentem reuocas? Perge.

CHREMYLVS

Ego persuadebam mihi te illud alta mente repositum habituram quod sapientes patres familias crebro cantillant: res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitude, conseruari autem diligentia et parsimonia, ijs rebus, à quibus abest turpitude, conseruari

¹⁴ *prauos, nobilitatem*: Así se lee en las ediciones antiguas. Pero no veo sentido a este término en el contexto. El hecho de que las dos primeras letras vayan algo separadas de las tres últimas me lleva a pensar que hay una errata o que falta algo. Conjeturo algo así como *per auos nobilitatem*, es decir, 'la nobleza antañona'.

^c O: *colloquare uelim nunc...*

autem diligentia et parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. Verùm, tu hæc omnia contemnens iactare te sumptuosius et insolentius cœpisti. Nihil probabas nisi quod esset lautum, elegans, exquisitum, sumptuosum. Diebus quibus carnibus non licet uesci, ego sardinas, aut asellum salitum exquirebam; tu continuò morbum simulabas, nisi pagrus, scombrus, solea, loligo, sturio, et id genus pisces coena dubia tibi apponerem.

MARCELIA

Hui, an ignoras hoc necessarium esse ad nobilitatem conseruandam?

CHREMYLVS

Natus est deinde nobis puerulus; aut, ut uerius dicam, natus est tua causa, non nobis, id est ad senectutis nostræ solatium, sed ab domini suo. Volebam eum frugi et in omnibus uitæ partibus moderatum, ac temperantem, plenum pudoris, plenum religionis, motus animi appetentis sedentem, ita ut possit semper libidini^d aduersari, et moderatam in omni reseruare constantiam. Sed, proh dolor!, tu sola puerum corrumpis, non sinis à pædagogo uerberari, semper litteras^e à nobilitate alienissimas esse affirmas...

MARCELIA

Vtinam filius meus ludos istos litterarios, imò phrontisteria, uel pistrina potius et carnificinas nunquam intrasset! Nónne illud est multò præstabilius, ut atauos meos imitatus ediscat aptè inflare cornu, canes alere, perite uenari, falconem, aut accipitrem^{ef} pulchre gestare, hastam uibrare, et id genus alia, ut nobiles solent? Hæ meo iudicio sunt artes, quæ uerè nobilem decent.¹⁵ Scholæ istæ et gymnasia relinquenda sunt rusticorum filijs. Ego sic uitam filij instituo, ut ex ea facilè omnes generosum esse cognoscant. Volo eum uersari in aula inter purpuratos, inter deos quosdam terrestres. Ideo quotidie prodit indutus purpura et

^d O: *libindini*.

^e O: *litas*. E inmediatamente se leía *litterarios* donde ahora *litterarios*.

^{ef} O: *accipit rem*.

¹⁵ Este texto corresponde perfectamente a la situación señalada no sin humor («*facetes*»), para Castilla, cien años antes de Palmireno, por A. Beccadelli, el Panormita, en su *De dictis et factis Alphonsi regis* (lib. I, 11 [6], p. 86: «*ex Hispaniæ regibus solitum dicere, non decere, generosum et nobilem virum esse literatum*»; cito por la ed. de E. Duran, Barcelona, Barcino, 1990). Algunos años después, de nuevo reflejaban la misma situación tanto F. Decio, profesor del *Estudi General* de Valencia en su *Pædapechthia* (1536), como J. L. Vives en su *Linguae latinæ exercitatio*, espec. XXII y X, que, resumida por F. Rico, es la siguiente: «*qui in senatu et comitiis præcipuas sedes occupant*» no quieren que los jóvenes patricios se instruyan «*bonis litteris*»: son los *cavallers*, que al «*gymnasium literarium*» prefieren la escuela del torneo e incluso del burdel» (F. Rico, *El sueño del humanismo*, p. 173). Con Palmireno coincide Mal Lara por los mismos años, pues en su *Filosofía vulgar* dice: «Ha venido la cosa a tales extremos que aun es señal de nobleza de linaje no saber escribir su nombre». M. Chevalier, en *Lectura y lectores en la España de los siglos XVI y XVII*, p. 25, dice que Mal Lara se expresa aquí «no sin exageración retórica», pero no por eso por esas páginas de su ensayo deja de señalar una situación semejante a la que nos propone Palmireno por boca de Marcelia.

bysso, et comessatur quotidie splendide. Doceo illum ut gratus sit omnibus, blande salutare, complecti, cedere uia, operire^f caput, subinde repetere honoris et charitatis titulos, laudare affatim, polliceri benigne, ne sit asinus inter simias.¹⁶

CHREMYLVS

Tandem tu ipsa confiteris tua industria filium meum ex homine in pecudum conuersum! Nunc non est disputandi locus. Ego cras in exilium iturus sum, nisi tu, eadem liberalitate qua ego usus sum, aliquam partem amplissimæ dotis restituas. Creditores instant; tu et filius hanc mihi paupertatem peperistis, et exilium aut carcerem comparastis.

MARCELIA

Mi uir, aquam è punicè postulas!¹⁷ ■ Ea bona quæ à te dotis nomine accepi, ea lege dedisti, ut ad te nunquam redirent.

CHREMYLVS

Vnde hoc tibi ut quæ tanto sudore comparauit, tam liberaliter effundas, et si ipse indigeo, tam auare retineas?

MARCELIA

Vnde hoc tibi, ut senex tristis ac decrepitus, in occasu uitæ constitutus, agrestis omnino, tuis illotis manibus, me puellam nobilem attingas? Ego nunquam tuos complexus, cùm esses summa senectute et perdita ualetudine, sed tuos potius nummos^g expetiui.

CHREMYLVS

Bona uerba! Tam apertè loqueris? Efficiam sanè, ut uel inuita quod peto restituas. Alioqui te hoc pugione confossam, animam exhalantem uidebunt propinqui! Hem!

MARCELIA

Columbina, Columbina, propera!

COLUMBINA

Quid hoc, here? Cur sic matronam nobilem audes percutere? Ignoras ne quos habeas affines, quos fratres? Compesce, quæso, iracundiam; alioqui non potero heram meam in tanta calamitate deserere. Non cessas? Profectò hodie me non Columbinam, sed Vulpinam

^f O: *aperire*.

¹⁶ *Asinus inter simias*: también explicó este adagio Erasmo.

¹⁷ O: *punicè*. Plauto, *Persa*, 41.

^g O: *numos* (*passim*).

agnosces!

MARCELIA.

Perge, Columbina, uerberemus hominem.

CHREMYLVS

Hei! Hei! Hei!

MARCELIA

Sat est; recipiamus nos in ædes fratris mei. Interim fortasse animi deliquio correptus in fata concedet. Vtinam id contingat, quo possim libera ab afflicto marito transfugere, atque ad florentem alium deuolare.

COLUMBINA

Curramus, hera, et asylum tutum nobis paremus. Hic modo anquirat aliquid, apud quem euomat uirus acerbitalis suæ.

TVRONIVS

Quænam solitudo est hæc, here? Vnde pallor faciei? Cur oculos istos micantes intueor?

CHREMYLVS

Audies postea. Nunc demus operam, ne uxoris fratres me imparatum offendant; et audio iam creditores meos hostium pulsare. Recipiamus in templum proximum.¹⁸

TVRONIVS

Hei, quantum difficultatis in negocio occurrit! Tenemur undique!

CHREMYLVS

Age, dabo operam, ut capillatior quam antea, barbaque maiore appaream, et canos capillos atramento madefactos ostendam; galerum sarracenicum assumam, oculum sinistrum fasciola nigra obturabo; cophinum anisi et dauci manibus gestabo. Spero Deum mihi propitium futurum, quandoquidem fortuna magis quam culpa me calamitosum reddidit. Ego per scalas cochlides descendo fugam quærens; tu creditores uoca ut ascendant statim. Vale.
*Comprau alcarauia, matafaluga, mostalla!*¹⁹

¹⁸ *Recipiamus in templum proximum*: 'Acojámonos a sagrado'.

¹⁹ *Comprau alcarauia...* 'Comprad comino, anís, mostaza'. *Alcarauia* puede leerse *alcarauia* y *alcaravia* (en castellano, alcaravea, etc.). *Matafaluga* también aparece como *batafaluga* (= 'el grano dulce'). Pero lo importante es la función de esta expresión popular en la representación. Crémilo se ha disfrazado (cabello largo, barba larga, cabellos canos entintados, gorro sarraceno, ojo derecho

TVRONIVS

Vah, dispeream si quicquam uidi iucundius! Affirmant adynatum esse simul sorbere et flare; ac mihi facilè est simul ridere, et lachrymas effundere. Calamitas herilis mœrorem excitat; nouus ille cultus et admirabilis industria mihi risum pariunt. Sed creditores adsunt. Volo aufugere, ne ipsi, hero meo irati, produci me atque in carcerem condi iubeant.

<2> PHASGANIVS, frater Marcellæ²⁰. ROCAMVNDI²¹. CANDRAMON, et alij milites.

<PHASGANIVS>

Quid ais, Rocamundi? Expugnabimus ne ædes Chremyli, an ignibus iniectis efficiemus, ut domus ipsa ardeat, et ille uel inuitus comburatur?

ROCAMUNDI

Vt uoles: ego sanè his rebus pascor, his delector, his perfruor. Hunc uerò potissimum perditum uolo, quoniam eum cuncta ciuitas odit, et nemo bonus est, nemo ciuis qui eum non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa tam infelicis coniugij perhorrescat.

cubierto con parche, cesto de anises y zanahorias) y, como vendedor morisco, grita su mercancía: una estampa típica de la Valencia del siglo XVI antes de la expulsión de aquella considerable minoría.

²⁰ *Marcellæ*: supra llamada *Marcella*. Un personaje de nombre Marcelio aparece en la *Diana enamorada* del valenciano G. Gil Polo, admirado coetáneo y colega de Palmireno, así como otro llamado Montano, que podría ponerse en relación con el homónimo de la *C. Sigonia*.

²¹ *Rocamundi* y *Candramon*, nombres parlantes de personajes-soldado o guerreros. *Candramón* podría estar relacionado con Dromon, nombre de esclavo en Ter, *Ad*, *Heaut* y *And*; en ésta Dromon es el esclavo encargado de castigar a los otros; o, mejor, con el nombre del gigante Candramarte, a quien el Caballero del Febo corta las manos, según se cuenta en la novela de caballerías de D. Ortúñez de Calahorra, *Espejo de príncipes y caballeros (El Caballero del Febo)*, D. Eisenberg, ed., Madrid, Espasa-Calpe, Clásicos Castellanos, 1975, 5 vols. Los morfemas *c-andr-* o *m-andr-* o los compuestos *-dr-*, *-br-* (con simbolismo fónico de 'fuerza') aparecen en otros nombres de personajes (Alicandro, Mandraco, Liriamandro, Bramarante, Lindabrides) en la misma novela. *Rocamundi* sería en valenciano «*Roca-mon*». El morfema *-ón* (con claro valor aumentativo, por 'de gran tamaño') también es frecuente en nombres de jayanes u otros personajes que aparecen en ese tipo de literatura: Anfeón, Carmadón, Patagón, Primaleón..., y aquí se percibe como aumentativo de roca ('dureza') o con tal término asociado; en el *Espejo de caballeros* encontramos al gigante Brandagedeón (donde resuena el nombre del astuto y bravo juez bíblico) con otros nombres de similar factura: Aridón, Artidón. Pero Rocamundi pertenece sin duda al mundo de los libros de caballerías, cuando se advierte que en uno de esos libros, *Cristalián de España* (Valladolid, 1545), de Beatriz Bernal, encontramos un caballero llamado *Penamundi*. Del mismo modo, un italiano entusiasta de los libros de caballerías, Mambrino Róseo da Fabbriano llamó al héroe amadisiano de uno de sus libros de caballerías *Esferamundi de Grecia*. Palmireno se muestra buen conocedor, cuando no admirador de los libros de caballerías. Véase también y sobre todo su *Fabella Ænaria* y el nombre del personaje Trebacio, más abajo. Por otra parte, a su primogénito, bautizado como Juan Lucas, quizá por relación con este ambiente caballeresco, se le llamaba Agesilao, nombre clásico, sí, pero también de un caballero que aparece convertido en doncella en el *Amadis de Grecia* (Cuenca, 1530) de Feliciano de Silva.

PHASGANIVS

Quid tu dicis, mi propinque?

CANDRAMON

Hæc ego semper de Chremylo expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum. Plura etiam acciderunt quam uellem. Admonebam olim patrem suum, ut generum quæreret, qualem optabat Themistocles; nempe uirum carentem pecunia, potiusquam pecuniam carentem uiro. Sed age, magnanimè Phasgani: quod perturbauit pater, tu solus poteris componere, cuius sola uirtus alto nixa pectore sperare, familiam nostram depressam iubet. Equidem uix somnum oculi nostri hac nocte senserunt, adeo hisce curis premebamur in lecto. Nunc uehementer gaudeo, quandoquidem sol aurato diem abduxit ore, diem inquam optatum diu, quo nostra manu soror tua amissum honorem recipiat. Vtinam ita faustam et uotis meis respondentem fortunam agnoscam, ut hæc dextra uirulentum Chremyli haurire^h sanguinem gestit, et uix se tenet. Vsque hæc nox tota nihil me cogitantem præter hæc uidit: sic in illum me feram, sic inuolabo, sic mucronem pectore condam scelesto. Fortasse etiam et ipsis dentibus ceruice dira noxium caput abscindam, ut mox cruento ore in publicum prodiens, exclamare possim: *Marcelia tandem iniuriarum suarum ultorem inuenit*. Sed quid mœror? Sequimini! Ego primus conscendo. Pheu nusquam apparet. Metus, ut uideo, illi alas addidit. Reuertamur eo unde digressi sumus, nam hic frustra absentem requirimus. O *Marcelia, Marcelia!* Quam ardenter optabam tibi gladium meum adhuc Chremyli tepentem sanguine, et dextram hanc dignitatis tuæ uindicem omnibus ostendere! Cupiebam sanè, ut impurus ille, qui furore nefario rabieque cæcate et tuos uexauerat, hac hac manu, atque hoc hoc gladio consauciatus, et omnibus membris lacer undam cruoris et animam euomeret! Quid tu, Phasgani? Quid alta mente tecum mussitas? An non eodem prorsus affectus cales? Loquere, nam, quamuis legi in uultu potest orationem, tamen tuam libenter audiemus.

PHASGANIVS

Obmutui sanè cùm primum uidi frustra paratos milites, nam æstu et ira meum rumpebantur pectus, et uerba faucibus hærebant. Nunc discedamus, et uideat unusquisque uestrum, ut cum opus erit adsit.

<3> MARVLVS.²² ALBINVS.²³ RAPITIVS.²⁴

^h O: *hæurire*.

²² *Marulus*. Hay varios hombres de letras ilustres que podían merecer la admiración o mención de Palmireno, otorgada mediante la denominación de este personaje con su nombre. La forma del nombre en la acotación de presencia del personaje (*MARVLVS*) parece excluir a Miguel *Marullus*, si bien esta forma aparece enseguida en el texto: «*Marulle charissime!*». Miguel Marulo, llamado

<MARVLVS>

Quid hoc, Albine?ⁱ Quænam metamorphosis est hæc? An uis exprimere aliquid quod apud Ouidium in libris *De mutatione formarum* legeris?²⁵

ALBINVS

*E yu^j comería, si tenía qué.*²⁶

Tarchianote, fue un poeta latino nacido en Constantinopla en 1440, que se trasladó a Florencia tras la conquista de su ciudad natal por los turcos y murió ahogado en el río Cécina en 1500. Compuso en latín *Epigrammata* (4 libros, 1493), *Himnos naturales* (1497) y un tratado en prosa *De Principum institutione*. Pero también podría Palmireno referirse a Marco Márulo, cuyas sentencias se proponen a la meditación del joven *Estudioso de la Aldea* (pp. 48s), además de citarse obras suyas: *De institutione bene vivendi* y *Evangelistarium* (c. 2, p. 33). [Ad.: F. J. Juez y Gálvez, en “Marko Marulić (1450-1524) y el humanista español Juan Lorenzo Palmireno (1524-1579)” (I): *Colloquia Maruliana*, 15, n.º. (22.04.2006), leído en Internet el 16.02.2007, a partir de su conocimiento del humanista croata referido en el título y de la obra de Palmireno, confirma esta identificación de *Marulus*, *Marullus* -del vocativo *Marulle-*, en acotación de interlocución, *Marc.* (vid. *infra*). Agradecemos sus correcciones y aportaciones al mejor conocimiento de la obra de Palmireno – Julio Alonso Asenjo, 20.02.2007] Veo también citado en castellano a un Márulo [o Marulo: ad. JAA, 20-02-2007] en el *Coloquio de las Oposiciones*, probablemente de Francisco Ximénez, entre otros gramáticos y latinistas, en un contexto burlesco: «ESCOL.- ¿Y qué contiene? BACHILLER.- Puntos muy difíciles, / sacados y alcançados por la brúxula / de Ambrosio Calepino y Argirópico, / de Calderino, Despauterio, Mérula / Trapesuncio, Visancio, Hermólao, / Eginita, Nizeno, Orbacio, Márulo [ad. 2007: o Marulo] / y de otros mil auctores... SCHOL.- No se me da a mí un bledo de esa cáfila / de espingarderos, latinistas, chúcaros, / sophísticos, ranciosos, macarrónicos...» (fol. 80v-81r).

²³ *Albinus*: prob. de Albino Flacco o Flaccus Albinus, cuyo verdadero nombre era Alcuin, es decir, Alcuino, teólogo y sabio de origen anglosajón (735-804), autor de libros de gramática, retórica, así como de comentarios de la Biblia. Sus obras fueron recogidas por primera vez por Duchesne, 1617; cf. Migne, *Patrol. Latina*. t. 101). [F. J. Gálvez, l. c., nota 20, enriquece esta identificación con: «... preceptor Albinus, esto es, Albinus Flaccus. O sea, el Alcuino anglosajón (738-804), de la escuela de York (al que Carlomagno lleva a Francia), poeta latino, teólogo, enciclopedista, autor de libros de gramática y retórica y de comentarios de la biblia» - Julio Alonso Asenjo, 20.02.2007]

²⁴ *Rapitius*: nombre emblemático por la acción que lleva a cabo el personaje: raptar; también porque arrambla, como su madre, con la fortuna familiar, porque debe aprovechar (*arripere*) una ocasión y raptar (*rapere*) a su novia [y quizá también “rapaz” por su corta edad –JAA, 20.02.07]. Está inspirado sin duda en Iouita Rapitius, autor de *De numero oratorio libri quinque*. También de una *Paraphrasis in Psalmos Daudis et quedam carmina*, Venetiis, in ædibus Pauli Manutii, 1554, al que menciona Palmireno en relación con las “antiguallas” de Cicerón, en *De numero oratorio*, lib. 5, Valencia, Huete 1573, p. 101 y 116.

ⁱ O: *Albinæ*

²⁵ El comienzo de esta escena parece inspirado en el diálogo XXV de la *Linguae latinæ exercitatio* de J. L. Vives. En él, Budé / Budeo y Grimferantes, hablando de una *mutación* súbita y grande, hacen referencia a las *Metamorfosis* de Ovidio, se discute si la mutación es para bien y se dan parabienes. La evocación de Ovidio, y quizá de Vives, reaparecerá en el *Quijote* también como «mutación» o «metamorfóseos» (I, 37), igualmente en un contexto de encantos y maravillas.

^j *E yu*: mantengo la lección antigua, porque el autor podría haber querido adaptar la forma latina *eheu* al español., o deformar quizá la cita implícita de un dicho popular antiguo (= «E yo?»), que también podría indicar el «si tenía qué», por «si tuviera qué», «de tener qué».

²⁶ Sería interesante comparar la burlesca situación del preceptor Albino con la real del preceptor en la España de los Siglos de Oro. No sólo el mismo Palmireno se queja en esta obra y en otras de la falta de consideración que se tiene en las casas patricias y nobiliarias con los ayos de los muchachos, sino

MARC<VS>^k

Quid hoc? Nec audis, nec uides? Albine! Albine!

ALBINVS

Visus sum? Ô, Marulle charissimè!: cogor seruire tempori et, ut aiunt, uti foro, nam Rapitius discipulus meus iussit ut hoc efficerem; et cùm negarem, me facturum dixit hodie postremum. Me uides!

MARVLVS

Quid audio? Currus bouem trahit? Discipulus præceptori imperat?

ALBINVS

Sic ferunt tempora: cùm primum ego hanc prouinciam suscepi instituendi Rapitium, proposuit mihi eius mater: «Quonam modò uis filium meum instituere, spe aut stipendio?»

MARVLVS

Non satis assequor.

ALBINVS

Hoc uocant Hispani «¿queréys seruir por quitación y salario, o aguardar mercedes?»²⁷ Credebam autem esse mihi utilius si spem stipendio præponerem; sed, crede mihi, reperio omnia ita apud aulicos fucata ut possim dicere thesaurus meus carbones erant.²⁸ Nobiles enim, aureos montes pollicentur,²⁹ sed pollicentur tantum, et pædagogo præponunt eum quem habent à matulis si aliquid sit conferendum. Et tandem, post annorum uiginti, seruitutem et operam liberis suis nauatam uix triobolare sacerdotium largiuntur.

que tanto la vida de Cristóbal de Villalón como las quejas de humanistas como Juan de Vergara y García de Matamoros muestran una situación generalizada de auténtico desprecio, si no de vilipendio, para con los preceptores en los espléndidos palacios. Cf. R. García Cárcel, *Las culturas del Siglo de Oro*, Madrid, Historia 16, 1989, p. 115.

^k En el O aparece las cuatro primeras veces el nombre de este interlocutor como MARC. Es un error del tipógrafo, debido probablemente a los tipos utilizados en la escena 1ª para MARC[elia]. [*Errata corrige*]: F. J. Juez y Gálvez, l. c. *supra*, explica competentemente el anteriormente supuesto error del texto impreso. “MARC.” está por “MARKVS” (de Marko Marulić, o Marcus Marulus, humanista croata) – Julio Alonso Asenjo, 20.0.2007].

²⁷ *quitación y salario; aguardar mercedes*. «Quitación» es 'propriamente el salario que se da' (Covarrubias). Así, pues, forma hendiades con «salario», frente al «aguardar mercedes», es decir, confiar en la esplendidez del amo, que irónicamente se convertirá en 'vivir de esperanza'.

²⁸ *thesaurus meus carbones erant*: es una sentencia.

²⁹ Ter., *Ph* 68.

MARVLVS

Verè dixit sapiens et sacer Propheta: «nolite confidere in principibus, in quibus non est salus».³⁰

ALBINVS

Expectabam modo quietem summam quod uiderem discipulum meum relictis studijs se totum amoribus et aleæ tradere; sed præmium quod assequor est quale et ipsi equi in aula consequuntur: ubi enim, senio confecti, ad nobilitatem ostentandam inutiles cernuntur, in pristinum coniecti farinam uehunt. Nam Chremylus senex, ob æs alienum coactus est mutare solum; filius uerò, amore cæcus, nec patris nec mei recordatur.

MARVLVS

Quid ergo expectas amplius?

ALBINVS

Audies. Petebam heri ut numos præberet, quibus possit iam me in patriam recipere. Dixit se, et nummos, et torquem aureum mihi daturum modo epistolam quandam amatoriam Octauiaë præberem. Id autem erat negocium periculosum et plenum formidinis; ideoque famuli omnes duram istam prouinciam recusabant; tandem ipse ne puellæ pater senex acerbus, aut morosa mater, aut seduli clientes non expectata morte me e uiuis discedere cogere, sumpsi uestes illius pauperis qui se mutum et elinguem mentitur. Vt uides, salutaui Octauiam, epistolam legit. Adfero Rapitio meo nuntium gratissimum. Quæ ipse reddet euangelia nescio; deberi mihi planè uel inuitus fatebitur. Sed heus, amabo, discede, nam adest Rapitius. Alias uberius colloquemur.

RAPITIVS

Audio in solitudine uersari puellam quandam illam philosophi appellant Echo. Interea dum in hoc recessu Albinum expecto, ipsam alloquar, ut me cerciorem reddat quam sim felix in amore Octauiaë. Aiunt enim hanc uatem esse cupidinis.

-- Heus, Echo!³¹ Dic, sunt ne quæ de te audiui uera?

ECHO

Vera.

RAPITIVS

Age, ergo, hoc quod peto breuiter explica: Amore crucior. Dolor autem hic aut affectus, quo ita premor, ubinam latet? Nam eo torqueor admodum iuuenis.

³⁰ *Salmo*145 (146), 3.

³¹ Palmireno volverá a utilizar a Eco o el eco en el Prólogo a la *Fab. Aenaria*, esta vez en castellano.

ECHO

Venis.

RAPITIVS

In uenis? Ergo uenæ sectione, emisso sanguine, cor meum et uenas facilè liberarò?

ECHO

Raro.

RAPITIVS

Prodigium est morbum esse in uenis et non tolli uenæ sectione!

ECHO

“Ovε!”

RAPITIVS

Cur me *asinum* uocas? Credis me naturæ mysteria philosophico more scrutari? Non possunt hoc efficere qui amant, et ego non solum amore, uerum etiam alijs nescio quibus malis uxor absentia patris.

ECHO

Atris.

RAPITIVS

Si atra nosti esse mala, credis ne aliquando adfuturum¹ remedium mihi misero?

ECHO

Sero.

RAPITIVS

Quod esse remedium præsens amantibus existimas, cùm uehementer afflicantur mentis inopes?

ECHO

Opes.

RAPITIVS

At opes et diuitiæ absentia patris perierunt. Hei, quisnam erit exitus amoris dum abest pater?

ECHO

Ater.

RAPITIVS

¹ O: *ad futurum*.

Amabo, fer opem misero, quandoquidem tu probe nosti experimento, quos cruciatus amor præbere soleat animis.

ECHO

Nimis.

RAPITIVS

Istud *nimis*, uerius de me dici potest, qui plura patior quam tu. Sed, eia, doce me, quæ sint in hac re meliora?

ECHO

Ora.

RAPITIVS

Facio id quotidie, sed precibus non mouetur Octauia.

ECHO

Via.

RAPITIVS

Quam uia insistam misera, qui omnes tentauit, et nihil succedit ex animi sententia?

ECHO

θεια.

RAPITIVS

Thiam uel *diuinam* intelligis? Atqui eam sequor. Nam coniugium Octauiaë, non sordidam uenerem exopto. Sed dic, quæso, prodest ne ordo quem Albinus meus in puella ambienda seruat, an nil prorsus sua opera me adiuuat?

ECHO

Iuuat.

ALBINVS

Heus, heu, Rapiti, ueni, concurre! Huc ad me festinus propera. Non est tibi relictus ullus cunctandi iocus. Rei benè gerendæ maxima sese offert occasio quam, si Rapitius^m es, oportet protinus arripas.

Quid hoc obmutuit? Sanè uereor ne quod medici affirmant in meo Rapitio uerum esse contingat, nempe, ut nimio gaudio suffocetur. Reuiuisce iam.

Salue, Cupidinis nepos, Adonide felicior! Tanta commoda, tot fortunæ in hac tua causa concurrunt, ut iam mihi macra quædam salutatio uideatur illa qua antea utebar. Lubet uerò magis, ut salutando simul te amplectar et osculer, ut qui scilicet alacri animo graduque minimè torpenti ad te accedam. Quid, quæso, agebas in hac solitudine? Cur solus loquebaris?

^m O: *Raptius*.

Videbar ne te occurrens aliquis insanum esse crederet.

RAPITIVS

O superi! Vigilio ne, an per quietem Albinum felicia nunciantem auscultas? Per annos quatuor Octaviam meam duram, et adamantinam expertus sum; precibus meis non magis movebatur quam cautes marpesia. Vnde hoc ut tam facile commutetur?

ALBINVS

Nonne multis ictibus deijcitur quercus? Nonne meo colloquio, tua epistola, muneribus, et coniugij nomine flecti eam potuisse censes? Adde et patris sæui, ac truculenti immanè facinus qui, ut exigua dote eam foras eijceret et filium suum locupletissimum efficeret, Italum quendam non solum peregrinum, sed etiam ignotum generum delegerat. Illa uerò meo consilio et precibus commota, te ciuem suum peregrino præposuit.

RAPITIVS

Albine, tuus est hic torquis aureus. Tua uilla quam possideo in agro Carpesiano.³²

ALBINVS

Sumo perlibenter, mi Rapiti.

RAPITIVS

Plura etiam dabo postea; tam gratum enim est quod narras, ut credam dotem maternam exiguum quiddam esse, quo tibi satisfaciam. Sed narra, obsecro, omnia, ut ita suavi narratione ueterem mœrorem eijciam.

ALBINVS

Vides hasce uestes et cultum admodum alienum à vitæ meæ instituto. Recipiamus nos in ædes, et narrabo quanta diligentia negotium hoc absoluerim, quid ibi difficultatis repererim, et quonam modo eam rapere possis. Alioqui, uel inuitam pater sæuus peregrino tribuet.

<4> TREBATIVS.³³ IABOLENVS. LABEO.³⁴ SABELLICVS.³⁵

³² *in agro Carpesano*: en la aldea de Carpesa, junto a Valencia.

³³ *Trebatius*: El ciceroniano Palmireno podría querer evocar con este nombre el mundo del clasicismo o del humanismo ya que aparece junto a Labeo y a Sabellicus. De *Iabolenus* sé que Rabelais le atribuye en su *Pantagruel*, c. 7, una *Cosmographia purgatorii*. En primer lugar, Trebacio fue un corresponsal a quien Cicerón escribió varias epístolas (*cf. Colloquia familiaria et alia quædam opuscula erudienda iuventuti accomodatissima, opera doctissimorum virorum collecta, et Francisci Scobarrii* [Franciso Escobar era valenciano; se estableció en Cataluña desde 1545] *in primam Ciceronis epistolam ad Trebatium docta comentatio*, 1557 —la comenta Palmireno en la *Segunda*

<TREBATIVS>

Vocamur ergo, Iabolene charissimè, et fortasse uocamur ad mortem.

IABOLENVS

Nil tale timeas; amicitiaē leges seruamus: nihil mali accedet. Vides in rebus afflictis fidos amicos expeti, qui uel re opitulentur, uel consolando molestiam mitigare possint. Ideo acutè Diogenes, cūm Antisthenem morbo decumbentem inuiseret, dixit: «Numquid amico est opus?». Rapitius, undique calamitatibus obrutus, amicorum opem implorat.

TREBATIVS

Nos ambo per annos quatuor nunquam ab eius latere discessimus;ⁿ noctes per multas aestate et hyeme insomnes duximus, dum ille in uico Octauiaē oberrat, modo post tot labores, ultimum parat excidium?

parte del latino de repente, Valencia, P. de Huete, 1573, p. 144; Barcelona, Claudio Boronat, 1568; aunque en esta edición no se encuentra tal «*docta comentatio*», seg. J. Gómez, *El diálogo en el Renacimiento español*, Madrid, Cátedra, 1988, p. 131: aporto este testimonio en atención a las fechas de su publicación). Palmireno cita una epístola de Cicerón a este Trebacio en la *Segunda parte del latino de repente* (Valencia, P. de Huete, 1973, p. 144). Precisamente los alumnos o actores de Palmireno habían estudiado esas *Cartas* en la *tercera classe*, hacía escamente dos años. Cf. A. Gallego Barnés, "Reforma de las clases de gramática", en *Actes du Ier. Colloque su le Pays Valencien à l'époque moderne (Pau, les 21, 22 et 23 Avril 1978)*, Pau, Université de Pau, 1980, p. 64. Pero, encontrándose en una obra pedagógica y en la compañía citada, es normal que el nombre de Trebacio le viniera a Palmireno a la mente por el traductor latino de los *Hieroglyphica* de Horo Apolo (u Horapolo), que se editaron en Augsburgo en 1515, versión que se reprodujo en muchas ediciones impresas durante los años siguientes en diferentes ciudades de Europa y por los que se interesó Palmireno, quien escribió *Los jeroglíficos de Horapolo*, Valencia, Antonio Sanahuja, 1556. Más difícil es (puesto que Palmireno suele presentar en el encabezamiento de sus escenas listas de *dramatis personae* homogéneas en cuanto a la profesión que ejercieron o al campo del saber o de la ciencia a que estuvieron adscritos), aunque no imposible, que pensara Palmireno aquí en el Trebacio descendiente de Aquiles, elegido emperador de los griegos y padre de «los dos valerosos y nunca vencidos hermanos el cavallero del Febo y Rosicler» (A. Fdez. de Avellaneda, *Quijote*, I, 8; I, 164 [M. de Riquer]), caballeros andantes de la novela de caballerías escrita por D. Ortúñez de Calahorra, *Espejo de príncipes y de caballeros. El cavallero del Febo*.

³⁴ *Labeo*: Marco Antistio Labeo fue un jurisconsulto romano (antes del 43 a. C.-h. 22 d. C.). Fue adversario político de Augusto; introdujo en el Derecho Romano los principios de la filosofía y fundó la escuela de los proculeyanos. Escribió numerosas obras de derecho, de las que sólo quedan fragmentos.

³⁵ *Sabellicus*: Marco Antonio o Marcantonio Cocci de Vicovaro, llamado Sabélico, historiador y humanista italiano (Vicovaro, 1436-Venecia, 1506), discípulo de Julio Pomponio Leto, enseñó Retórica en Údine y Venecia y fue bibliotecario en Venecia. Se interesó por la arqueología y por la historia. Es conocido sobre todo por su *Historia de Venecia* o *Rerum venetarum ab urbe condita libri XXIII* (1487). Es también autor de otras obras como la recopilación de "ejemplos" *Exemplorum libri decem* (1507), de *De venetis magistratibus, Enneades sive rhapsodia historiarum, Epistulae familiares necnon orationes et poemata, Venetae Urbis Genethliacon*, etc.

ⁿ O: *dicessimus*.

IABOLENVVS

Omen^{n̄} absit: non erit excidium.

TREBATIVS

Reuoca in mentem quid Troiæ, rapta Helena, abtulerit, quid Cadmo^o erepta soror, quid alijs sexcentis quos celebrant historiæ.

IABOLENVVS

Ego omnia incommoda perpeti malo, quam amicum reflante fortuna deserere. Me hoc docuit Nicocles ante Phocionem uenenum hauriens,³⁶ et Anytus Alcibiadis superbiam, humanitatem uocans.³⁷

TREBATIVS

Age igitur, quisnam erit modus hisce rebus? Aut qui comites? Deterrebitur ne puella?

IABOLENVVS

Isthæc omnia Sabellicus ostendet. Age tu; ordine rem omnem expone.

SABELLICVS

Heri noctu, instante iam gallicinio, Rapitius uestibus holosericis et holobrizis ornatus, ambram et moschum olens, me in uili et agresti lecto decumbentem amplectitur, se mihi in omnibus patronum futurum pollicetur, si meam operam in coniugio quod parat uelim concedere. Ipse suspicabar composita esse omnia, et desiderari ramos tiliæ, pulegium, ageratum, uirentem harundinem, quibus agricolæ consueuimus nobilium domos ornare, quando illi festa fronde populo domesticas nuptias patefacere constituunt.³⁸ Liberaliter ergo

^{n̄} O: *Omem*.

^o O: *Cadno*. Pero se trata de Cadmo, hijo de Agenor, cuya hermana robó Júpiter.

³⁶ *Nicocles*. Foción, primer magistrado y genral ateniense, era, según Plutarco, era una persona que nunca había hecho mal a nadie ni tenía enemigos. Pero cuando supo que algunos, entre los que se encontraba Niclocles, habían traicionado los intereses de la patria, fue con ellos inflexible e implacable. No he podido averiguar si entre éstos se encontraba el Nicocles aquí mencionado por Palmireno.

³⁷ *Anytus*, mercader ateniense relacionado con Sócrates de quien se habla en el *Diálogo de Menón*, según cuenta Plutarco, invitó a Alcibiades a una fiesta preparada para gente importante. Pero el elegante joven despreció la invitación. Sucedió que, al mismo tiempo, Alcibiades se emborrachó en su propia casa y, en este estado, le dio por presentarse a la puerta de la casa de Anytus. No entró, pero mandó a sus criados que arramblaran con la mitad de la vajilla de oro y plata que Anytus había sacado para la ocasión. Los invitados, al enterarse, censuraron la rudeza y actitud insultante de Alcibiades. Pero Anytus en cambio alabó su consideración y humanidad, porque, habiendo podido quedarse con todo, sólo se había apropiado de la mitad.

³⁸ *nobilium domos ornare, quando illi ... domesticas nuptias patefacere constituunt*, a costa de los manitas y las manitas de los villanos, como siempre.

polliceor; ille meam dextram comprehendens ea grauitate quæ solet, dixit: «*Andad acá, que vos soys, a fe de cauallero, hombre de bien*». Deinde in tugurioli angulo mihi aperit^P omnia ab ouo, quod aiunt, Troiano narrationem exorsus, quæ tanquam uobis nota prætermitto. Ad extremum ait se heri crepusculo uespertino Octauiam allocutum et rem eo deductam, ut cras hora tertia pomeridiana Rapitius eam rapiat.

TREBATIVS

Quid audio? In tam magna urbe, frequenti populo in ædibus, tot famulis, militibus, clientela, et numerosa turba instructis, facinus tantum aggreditur Rapitius? Væ nobis! Væ illi!

SABELLICVS

Audi reliqua: ueteri more, receptum est inter agricolas qui uineas et oliueta patris Octauiae colimus quotannis Calendis Ianuarij herum nostrum salutare et munera ille præbere ominis boni gratia. Ille stans in uestibulo ædium, munera nostra, seu *strenas*, eodem modo excipit, quo Romanus Imperator Caligula solebat excipere.³⁹ Deinde nos, uiridi amictu personati, agrestes Faunos imitamur, et saltatione mimica, aut si mauis, *bayle de momos*,⁴⁰ Octauiam exhilaramus, ut possumus. Fiet nunc etiam Rapitius personatus nobiscum, et uestes quasdam uirides adferet, quibus Octauia ornata patrem fallat et personata nobiscum discedat. Tu, Iabolene, ad Portam Serranorum expectans,⁴¹ celeri equo puellam assumes. Trebatius autem, si quid tumultus excitatur, militum manu stipatus opem feret.

TREBATIVS

Eia, igitur, ito bonis auibus. Sabellece, dic Rapitio parata esse omnia.

SABELLICVS

Valete.

TREBATIVS

Heus, Labeo, quid credis defuturum mihi?

^P O: *tugurioli ... aperit*

³⁹ *munera nostra, seu strenas eodem modo excipi*: ‘nuestros regalos, es decir, el aguinaldo’, llamado también *estrenes* en Valencia, que, en forma de especies (pollos, frutas...), los arrendadores de tierras llevaban a su amo a la ciudad a modo de felicitación el día de Año Nuevo. Y hay en efecto una anécdota de Calígula relacionada con esta situación. Así consta en Suetonio, *Vita Gai*, 42: «*Edixit et strenas ineunte anno se recepturum stetitque in uestibulo aedium Kal. Ian. ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat.*»

⁴⁰ *bayle de momos*: Se trataba de unas danzas de origen medieval, llamadas también *momerías*, que desarrollaban grupos de personas enmascaradas. Recorrían, marcando las estaciones del año agrícola, las casas de la comunidad bailando y jugando. Acierta Palmireno al acercar la «*mimica*» a la «*mómica*», porque etimológicamente parece que están relacionadas.

⁴¹ *ad Portam Serranorum*: la Puerta de los Serranos, acceso desde el Norte y principal a Valencia.

LABEO

Nihil planè. Aderunt mihi amici tui permulti, qui iampridem desiderant occasionem dari qua possint arma capere, et uoluntatem suam ad quiduis obsequij promptam ostendere. Cæterùm de apparatu non est quod labores. Non deerunt hastilia, tela, iacula, clypei, cassis, galea, thorax, enses, gladij, ocreæ, hastæ, peticæ, arcus, lapides, quibus facilè possis ornare milites grauis armaturæ ensiferos, calones, equisones.⁴²

TREBATIVS

Mane, mane; credisne parari nobis bellum in Mauritaniam? Fortasse hisce opus non erit. Discedamus, Iabolene.

<5> OCTAVIA. DIPHILA⁴³. RAPITIVS, *personati*. SOLINVS⁴⁴. LACTANTIVS⁴⁵.

<OCTAVIA>

Pratorum uiriditatem, arborum ordines, uinearum et oliuetorum speciem, multum ad oculos exhilarandos conducere audiui. Sed in hoc morbo quo torqueri misera incipio, exiguum adiumentum in hortis, pomarijs florum uarietate comperio. Quid censes, mea Diphila, futurum? Nam ego spero, breui mortem adfuturam, nisi mœror animi, quò premor, aliquo medicamento tollatur.

DIPHILA

Absit, hera! Ne, quæso, ita animo consterneris; habet pater tuus opes, quibus uel ab ipsa India medicamenta exiguo tempore adduci queant.

⁴² *Non deerunt...* No, al contrario, pues se aprovecha el paso para ofrecer a los estudiantes el campo léxico latino del atrezzo e indumentaria militar.

⁴³ *Diphila*, así llamada probablemente en honor de Dífilo, famoso comediógrafo de la comedia nueva griega, nacido en Sinope y muerto en Esmirna en el s. IV a. C., al que se le atribuye un centenar de piezas, de las que sólo conservamos fragmentos. Plauto y Terencio imitaron algunas de ellas.

⁴⁴ *Solinus*: Caius Iulius Solinus, geógrafo latino del siglo III d. C., autor de *Polyhistor ... sive orbis rerum memorabilium* o *Collectanea rerum mirabilium*, obra también llamada *De mirabilibus mundi*, que trata sobre la geografía, etnografía e historia natural del mundo antiguo, que es, en realidad, un compendio o recopilación de la *Naturalis Historia* de Plinio resumido enciclopédico de las curiosidades del mundo. Extraordinariamente popular tanto en la Antigüedad como en la Edad Media, se editó como *Thesaurus rerum memorabilium toto orbe locupletissimus* en Basilea, 1543; versión italiana, Venecia, 1557 y castellana por Cristóbal de las Casas, publicada en Sevilla, 1573. Un personaje llamado Solino aparece también en los *Diálogos de la montería* de Barahona de Soto.

⁴⁵ *Lactantius*: L. Cæcilius Firmianus, apologista cristiano (n. cerca de Cirta, h. 260-†Tréveris, h. 325). Discípulo de Arnobio, enseñó Retórica en África y después en Nicomedia. Se convirtió al cristianismo h. 300. Pensaba que para facilitar al cristianismo el acceso a la cultura había que presentarlo de una manera elegante, por lo que cuidó mucho su estilo. Autor de varias obras.

OCTAVIA

Cantilemus paulisper. Fortasse musica delinitus animus liberabitur et affectus hypocondriacus conquiescet.

DIPHILA

Non recuso; incipe.

(*Deest cantilena Hispanica.*)

OCTAVIA

Heu, quid hoc? Affirmat uulgus cantilena tristitiam omnem expelli,⁴⁶ et mihi cantu morbus augetur! Ô, infelicem Octauiam! Ô, infelicem patrem, qui futurum malum præuidere non potes!

DIPHILA

Vis ui exoletum tuum uocem, qui cythara et crepitaculis uocatis *follías o sonajas* te mæstam^q exhilaret?⁴⁷

OCTAVIA

Ito ad feriam quæ uoles.

DIPHILA

Vale.

OCTAVIA

Desiderabam sanè hanc solitudinem, quoniam morbus meus illa quodam modo uidetur leuari, et dum adest puella uereor ne coniecturis amorem esse cognoscat, et matri meæ rem omnem aperiat. Heu, misera, quid dicent affines mei? Quid uicini, ubi meam fugam agnoscent? Ubi nunc crebra ieiunia? Ubi preces assiduæ? Heu, Rapiti, tuo aspectu, tuis precibus tam importunis, tuis epistolis tam acutè excogitatis, et hæc omnia delere, et animum meum expugnare potuisti? Quam uerè possum cum Medea exclamare: «Video meliora proboque, deteriora sequor»⁴⁸.

⁴⁶ «Quien canta sus males espanta»: dicho.

^q O: *mestam*

⁴⁷ *follías o sonajas*: Palmireno habla de la folía, danza de origen portugués, muy bullanguera por ser numerosos los danzantes, que iban a pie tocando sonajas y otros instrumentos. Era muy popular en España en el siglo XVI.

⁴⁸ Ovid., *Met*, 7, 20s.

DIPHILA

Adsunt exoleti⁴⁹ duo. Amabo, mœrorem istum qui te lacerat et conficit profligare nobiscum enitere. Eia, uos pueri solita dexteritate industriam in hac re heræ nostræ ostendite. Non deerunt uobis præmia, si uestra diligentia hera mea ueterem lætitiã recipit.

OCTAVIA <(Aparte)>

Vereor sanè ne hic frustra suscipiatur labor. Vellem ageretur res pressis et flebillibus modis, qui ædibus nostris mœstitiam inferrent.

DIPHILA

Quid tacita loqueris?

OCTAVIA

Nihil planè. Pergite, pueri.

SOLINVS

Vis, hera, versus illos nuper inuentos?

LACTANTIVS

Valeant nunc ista obsoleta.^r

SOLINVS

Obsoleta? Nonus agitur mensis ex quo inuenta sunt carmina et obsoleta uocas?

(*Deest^s Cantilena Hispanica.*)

LACTANTIVS

Amice, inter hasce hondas et carmina grauiora, quæ uulgo appellantur *motetes*, et inter automata, uulgo *phantasías* appellata, eadem lex seruatur à cantoribus quæ à passerculis: hos enim ante mensem nonum uocamus senes; habent enim minimum uitæ.

⁴⁹ *exoleti*: probablemente esta forma, participio pasado de *exolesco* (del mismo campo léxico que *adoleo*, de donde *adolescens*) corresponde a la anticuada palabra castellana «mancebo», hombre «crecido», de donde '[hombre] joven', de la que en varios contextos es sinónimo. Véase la *Fab. Ænaria*, esc. 2, donde figura «*exoletus*» como nombre de personaje.

^r Sic O: *obsoleta*.

^s O: *Dest* (también más abajo): Significa: Aquí se cantó un cantar o canción. Esto da pie a un comentario sobre dos tipos de composiciones musicales contemporáneas: los *motetes*, composiciones religiosas breves normalmente sobre cláusulas de la Biblia y las *fantasías*, composiciones al albedrío del maestro. Todo ello es importante para advertir la importancia de música y danza en los espectáculos y en la formación de los jóvenes en la época.

SOLINVS

Vnde hoc nosti?

LACTANTIVS

Vicinus meus Plinius dicebat mares anno diutius non durare. Argumentum hoc addebat quia nullus ueris initio apparet nigror in rostro qui ab æstate incipit.⁴⁸

SOLINVS

Falleris cum tuo Plinio, aut potius ambo tota erratis uia. Nam si breuis esset uita passerulo, ut uos dicitis, passim occurrerent cadauera. At corui aut passeruli cadauer nusquam inuenio.

DIPHILA

Tacete malum; qui vos philosophos effecit? Hera, adest Sabellicus, et reliqui agricolæ qui quotannis solent te suis rusticanis saltationibus exhilarare, et opibus rusticis augere.⁴⁹

OCTAVIA

Hei! Hei!

DIPHILA

Morbum hunc non intelligo: quod antea uehementer expetebat, nunc tam odiosè prosequitur?

(Personati saltatione mimica Octauiam exhilarant.)

OCTAVIA

Satis, ut uideo, spectasti hæc omnia, Diphila. Vidisti saltantes. Nunc propera, et compone gynecæum nostrum, quo hi omnes sedentes corporibus^t suis quietem tribuant. Parato dulciaria, placentas, striblitas, et artolagana.

DIPHILA

Vix poterit hoc famulatriensis intra horam conficere.

⁴⁸ Plin., *Hist Nat.*, X, 52. 107, donde se lee: «...columbæ et turtures octonis annis vivunt. contra passeri minimum vitæ, cui salacitas par. mares negantur anno diutius durare argumento, quia nulla ueris initio appareat nigrigudo in rostro, quæ ab æstate incipit feminis longiusculum spatium.»

⁴⁹ agricolæ qui quotannis solent. Quizá Palmireno esté aludiendo a los momos mencionados más arriba.

^t O: coporibus.

OCTAVIA

Conficiat intra sex, aut septem.

DIPHILA

Quam timeo negocium hoc, quorsum euadat.

<6> CHREMYLVS. SOLINVS. LACTANTIVS. ASTROLOGVS.

<CHREMYLVS>

Quid narras, Soline? Coniectus est in carcerem Rapitius?

SOLINVS

Sic est.

CHREMYLVS

Ô, factum male! Ô, fortuna, quibus supplicijs me reseruas! Amisi bona omnia, ueterem dignitatem, nomen boni uiri. Nunc tandem quod uxor seruauerat in carcere consumetur! Sed cur tu non manes apud Octauiam?

SOLINVS

Quia nusquam apparet, et illius pater Diphilam ac nos duos quærit, ut in carcerem conijciat. Sibi enim persuadet nos tres actores esse tanti facinoris. Mallem profecto in Cambysem, aut Phalaridem, uel Alexandrum Phæræum incidere,⁵⁰ quam in patrem Octauia. Mater autem non multum differt ab ea quæ mulierum mammas uiolenter auulsas in publico suspendebat.⁵¹

CHREMYLVS

O, Rapiti, quam infelicem senectutem tua causa consequor! Interfecit Ozias patrem,⁵² idipsum quoque Syrochus, Heraclius, et Nicomedes nefario conatu præstiterunt.⁵³ At illi necabant patrem cruciatu subito; tu uero proluxa morte me miserum necas. Vtinam astrologum aliquem reperire possem, quæ mihi prædiceret, quale factum expecto; uereor enim, ne tot malis oppressus cogar laqueo uitam finire.

⁵⁰ ... in Cambysem, aut Phalaridem, uel Alexandrum Phæræum incidere..., tres tiranos famosos por su crueldad. Cf. Alonso de Villegas, *Flos sanctorum y Quinta parte del Flos sanctorum*, Discurso 21. De crueldad, ed. J. Aragüés Aldaz, 1998, en <parnaseo.uv.es/Lemir/textos/flos/discurso21.html>.

⁵¹ *Mater autem non multum differt ab ea...*, cuya identificación no me consta.

⁵² *Ozias*: Cf. 2 Reyes, 14, 17-21.

⁵³ *Syrochus, Heraclius, et Nicomedes*. Palmireno, en su afán de dar a conocer la cultura clásica a sus estudiantes, menciona a estos malvados, que no he logrado identificar con seguridad.

SOLINVS

Conuerte oculos, et uidebis quod desideras: Lusitanus ille, qui nunc cantillat, astrologus est.

-- Heus, bone uir.

ASTROLOGUS

Lo lo lo, fa la la lan.

CHREMYLVS

Amice, inspice, quæso, incisuras manuum, ut possis quæ expecto prædicere.

ASTROLOGVS

Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.

CHREMYLVS

En præbeo tibi drachmam.

ASTROLOGVS

Ora Dio ti la mandi bona! Crede autem, quæcumque dixero futura uerissima, si Deus uoluerit. Ego multa admiranda ciuibus meis passim ostendo et superioribus annis uenientem à Mauritania pestem prædixi. Dimisique circa urbes discipulos, qui insinuanti se malo occurrerent. Apud Alonem onustam nauem solus traxi,⁵⁴ quo uolui, cùm homines permulti ne mouere quidem suo possent loco. *Sí, bota Deus! Sí, bota Deus!* Et audacter polliceor me, si alterum totius terræ globum adipisci possem, utrumque alteri applicaturum.⁵⁵ Est etiam mihi domi lignea columba, à me certa ratione compacta, et quæ aerem semel sortita perpetuò uolatu per ipsum inane spiritus intus incluso agitur, nisi solidum aliquod corpus offendat.⁵⁶

Sí, bota Deus! Sí, bota Deus!

⁵⁴ *Apud Alonem onustam...* Parece tratarse de una nave así llamada.

⁵⁵ *si alterum totius terræ globum adipisci possem, utrumque alteri applicaturum.* Inmenso poder el de este adivino, astrólogo, quiromante... Posiblemente se lo atribuye Palmireno a partir de una fuente de referencia, que desconozco.

⁵⁶ Como había hecho Arquitas de Tarento o Tarentino (440-360 a. C.), militar, político y filósofo pitagórico, amigo de Platón, que fue un gran matemático, inventor del método analítico y un precursor de la navegación aérea. Se le atribuyen numerosos inventos, como el de la polea, el tornillo y el aquí mencionado: la fabricación de palomas que volaban mediante un artificio mecánico. Arquitas tarentino «hizo volar una paloma de madera por toda una ciudad», dice A. de Rojas en *El viaje entretenido*, I (Madrid, Espasa-Calpe, 1977), p. 296 y T. Campanella: «Por magia fue construida por Arquitas una paloma que volaba como las naturales» (*Del senso delle cose e della magia*, IV, 5, Bari, Ed. de Bruers, 1925, p. 241).

SOLINVS

*¡Ñáfete!*⁵⁷ *¡Seboso!*⁵⁸

ASTROLOGVS

*¿Qué falláys?*⁵⁹

CHREMYLVS

Nihil prorsus. Eia, manum inspice; ista prætermitte.

ASTROLOGVS

Habeo etiam canem dialecticum.⁶⁰

SOLINVS

Hic, cùm insisteret uestigijs leporis, qui nusquam uidebatur, et perquirens uenisset ad fossam, dubitabat utrum dextrum, an sinistrum iter insequendum leporem susciperet. Vt uerò primum sibi uisus est, tamquam disserendi peritus, satis rem perpendisse, e uestigio fossam, recta iter faciens, transiliuit. Hic, ut uideo, dialectico more perpendens omnia, iter absoluebat. Argute enim secum reputauerat. Vel hac, uel isthàc, uel illàc lepus in fugam se coniecit. Deinde syllogismum nectebat: Non profecto hàc, nec isthàc, ergo illàc fugit. Neque fallacibus conclusiunculis^u mihi errare uidebatur. Nam non perceptis citra fossam ad hoc uel illud latas uestigijs, relinquebatur leporem fossam transisse. Recte igitur canis fossam transiuit. *Sí, bota Deus!*

CHREMYLVS

Aut me prorsus eneca, aut quod peto, breuiter absolue.

ASTROLOGVS

⁵⁷ *Ñáfete*: 'marrano', 'neoconverso', de *neófito*, aplicado a portugueses tachados de 'cristianos nuevos'. Cf. Timoneda, *Portacuentos*, XXX.

⁵⁸ *seboso*: Era proverbial en los Siglos de Oro el apasionamiento amoroso de los portugueses. De la noción de portugués enamorado surgió la del portugués que se derrite ante el fuego del amor, no ya como cera [cera = 'excremento'], sino como sebo. De ahí «seboso» en su doble acepción de 'enamorado' y de 'portugués'; cf. Quevedo, *El sueño de la muerte* y también: «Pasito que te derrites: / de nieve te has vuelto sebo / nunca has sido sino agora / portuguesa» (Tirso de Molina, *El vergonzoso en palacio* II, 14).

⁵⁹ *Qué falláys* es portugués, pues el astrólogo es *lusitanus*: '¿Qué decís?'

⁶⁰ *canem dialecticum*. Solino, según el texto de las ediciones, tomará al vuelo la afirmación del Astrólogo y dará una explicación erudita muy prolija, impertinente e importuna, que pondrá nervioso a Crémilo, urgido por problemas muy prácticos y graves. Aunque cabría pensar que es el mismo Astrologus quien la lleva a cabo, de acuerdo con lo que dice Chremylus, que le reprochará: -- Déjate de chácharas y dame /dime lo que pido: *Aut me prorsus eneca...*

^u O: *conclusiumculis*.

Hæc linea mensalis usque ad montem Mercurij⁶¹ producta indicat te in mensa mercatores multos tuo splendido conuiuio exhilaraturum intra dies quatuor. Et hæc linea uitæ inter alias cæca monet ut hic maneat,^v donec cæcus quidam occurrat. Da operam, ut cæcum illum uel inuitum ad ædes tuas recipi cogas. Plura scire tibi non datum est. Vale. Etc.

[Fragmentorum finis.]

© Julio Alonso Asenjo. Universitat de València.

Febrero, 2003.

⁶¹ La quiromancia se basa en el estudio de las líneas de la mano y de los llamados montes planetarios, que son las diferentes protuberancias de las bases o raíces de los dedos y de los bordes de la palma de la mano. Estos montes son siete y toman su nombre de los astros influyentes en el destino del individuo. Concretamente, sobre el monte de Mercurio, véase la *Lozana andaluza*: «...llegaos acá y mostráme la mano, Mirá que señal tenéis en el monte de Mercurio y uñas de rapiña...» (ed. Allaire, 209).

^v O: *maneat*.